



## **Hyperdvlia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

XXVI. [i.e. XXVII.] Hyperduliae species, Cum sodalibus in vicem certare de pluribus ac decentioribus titulis in B. Virginem congerendis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

dijs, sciendi cupiditate; ac si qua per diem cum hero prodeundi necessitas coëgisset, libellum vnà secum conferre, temporis vindicandí causa, solitabat. Sic Sic

—— *Labor omnia vincit*

*Improbis.* Sic Berchmannus vti potest verbis ad studiosum quemuis, quibus Æneas ad Iulum:

*Disce puer Virtutem ex me Verumque laborem.*

X X V I I.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Cum Sodalibus inuicem certare de pluribus ac decen-  
tioribus titulis in B. Virgi-  
nem congerendis.

§. I.

**D**Vrabile haud est quod requie alter-  
nâ caret. Hinc Themistius. Omne

M 4

illud

illud, inquit, quod caducum & mortale, & naturæ imbecillioris particeps est, duabus his maximè rebus indigere cernimus, intermissione scilicet perpetui laboris, & curâ aliquâ, prouisioneque ne aliquando euadat deterius. Quare eodem modo, & animum nostrum cogitemus relaxationem ac quietem desiderare. Et Lucianus: Mos, inquit, est athletarum, ac eorum, qui summâ diligentia corpus exercent, non modò bonæ habitudinis, atque exercitationis rationem habere, verùm etiam tempestiuæ remissionis, quàm maximam vigiliæ exercitationis partem interpretantur. Idem literarum (& virtutum) studio sis conuenire duco, vt post multa seculi animum relaxent, eumque ad laborem postea suscipiendum, vegetiorem comparent. Ita plures sapientes non tantum consuluerunt alijs, sed etiam ipse fecerunt. Apollo sapientiæ præses habet.

*Orat. 7. Hortat.*

*Instio, lib. 1. Hist.*

bitus, quondam Cithara tacentem suscitare Musam solitus est. Inter infantes equitavit ipse in arundine Agesilaus Rex, & Socrates vel Apollinis oraculo æui sui sapientissimus omnium pronuntiatus. Achillem, Vatum maximus, curas fidibus resoluisse refert, Lusit in turba puerorum nucibus Æsopus Senex. Miris sapientia Lælij Ostracismo per subcisiuas horulas oblectatus est. Magnus ille literatorum Mæcenas, & Cæsar Augustus interdum totius imperij curis se subducere, & pilæ lusibus exercere consueverant, vt & Porcius Cato Senator, Domitianus, Claudius Verus Imperatores. Sapiens erat Plinius iunior Imperatoris Trajani præceptor, qui tamen; vt in vita, inquit, sic in studijs

M 5                      pul.

*Symmachus lib. 3. Epist. 74. f.*

*Ian. in monostich troch.*

*Cic. in Orat. Horat in art.*

*L. Domit Brusson. p. 249. Lib 8. Ep 21.*

pulcherrimum & humanissimum existimo seueritatem, comitatémq; miscere, ne illa in tristitiam, hæc in petulantiam excedat, qua ratione ductus grauiora opera iusibus, iocisq; distinguo. Sapientior Plinio, reliquisq; supra memoratis fuit Gregorius Nazianzenus, qui quemadmodum se recreauit, in hæc verba scripsit: Inambulabam ego solus vergente iam in occasum sole. Locus porrò in quo spatiabar maris ripa erat; soleo enim fere huiusmodi oblectamentis labores resolvere, ac relaxare; quandoquidem nec perpetuam contentionem neruus ferre potest, sed laxari nonnunquam arcus cornua oportet, si quidem rursus intendendus sit, ac non sagittario inutilis tum futurus, cum eo utendum erit. Inambulabam igitur, atque ita pedibus ferebar, ut oculi, maris aspectu fruerentur. Hactenus Gregorius Nazianzenus, quo sicut & omnium aliorum prædictorum sapientissimus extitit S. Ioannes Euangelista, Mat.

tyr, Apostolus, Virgo, Vates, vtpote  
 ab ipsissima sapientia, nempe Christo  
 Domino intimis sapientiæ disciplinis  
 imbutus. Hic aliquando reprehensus,  
 quod grandæuus ac iam deponctanus  
 Senex cum auicula tempus falleret,  
 iussit Aristarchulum reprehensorem,  
 arculum quem humeris gerebat, ali-  
 quoties tendere. Tetendit ille, sed  
 arcus, seu potius huius neruus remi-  
 sit. Cùmque hunc rursus intendisset,  
 & ne remitteret, veritus fuisset, Aristar-  
 chulus se facturum negauit. Interroga-  
 tus causam, respondit arcum, seu po-  
 tius huius neruum continua intensione  
 ruptum iri. Cui mox Ioannes: Et nos,  
 inquit, interdum cum alijs honesto exer-  
 citio relaxamur, vt maioribus deinde  
 viribus orationi & ieiunio insistamus.  
 Nimirum;

*Vires instigat, alitque  
 Tempestiua quies, maior post otia Virtus.*

*Ioan Bapt. Fulgos, l. 8. c. 8.*

*Stat. l. 4. Sylu.*

Est enim, inquit Symmachus familiare  
virtuti, delinimentum exercitij sensibus  
admouere, vt feriarum requie laboris  
fastidium tergeatur

*Symmach. lib. 3. Ep. 23. § 74.*

Hos tantos Heroës modo memora-  
tos, ac imprimis S. Ioannem, Ioannem  
Berchmannus imitatus subinde animi  
à curis subduxit, tensumque arcum, ne  
fortè rumperetur, ex vsu Ordinis sui  
relaxauit. Sed quo genere lusus usus?  
Nunquid pila, sicut Cæsar, Mæcenas, Ti-  
cinius, Galba? Nunquid latrunculis ut  
Nonius, Publius & Paulus? Nunquid  
disco, vt Phæbus? Nunquid Ostracismo  
vt Lælius? Nunquid vetera legibus aera  
vt Imperatores, Claudius, Verus? Nun-  
quid 12. scrupis & calculis, vt Scæuola  
Nunquid muscarum venatu, vt Domi-  
tianus Imperator? Absit. Aquila non  
caprat muscas, Berchmanni lusus, re-  
creatio delitiùmque fuit B. Maria, hanc  
cogitare & hanc loqui gestijt, huius  
principio recreationis suæ obliuisci ne-

*Bruson. Vbi sup.*

quis

Quij, dicere eidem fortean subinde so-  
litus cum Ieffæo vate: Si oblitus fuero  
tui Hierufalem, obliuioni detur dexte-  
ra mea: Adhæreat lingua mea faucibus  
meis, fi non meminero tui, fi non pro-  
pofuero Hierufalem in principio lætitię  
meę, Hęc Hierufalem Berchmanno  
fuit Mater Virgo, fuper hac differere re-  
creationis tempore, fumma fuit illi re-  
creatio. Nam fi fortè relaxationis tem-  
pore, inquit Ceparius, aliquem Virginis  
amantiorem incidiffet, mirè hoc lufus  
certamine delectabatur, uter pluribus  
decentioribusq; titulis Deiparam com-  
pellaffet, ipfe an alter, ipfe fanè pul-  
cherrimos congerebat, reliquisque præ  
inopia silentibus, facundâ celeritate no-  
uos copiofiffimè cumulabat, vt hora  
eum prius, quàm copia defectura vide-  
retur.

## §. I I.

*Premium Hyperdulie.*

Sed quid hoc tam pio lufu Berch-  
mannus noster lucratus? nunquid num-

morum, famæq; inopiam, temporis incerturam, tristem metanæam? nequaquam, sed nominis æterni lauream lætissimam, inuictam nobilissimæ victoriæ palmam & secundum hanc Triumphum gloriæ non in arce Tarpeia, non in Romano Capitolio finiendum sed (vbi spes) in arce stellatâ, cælestique curia sempiternum duraturum.

## X X V I I I.

## HYPERDVLIÆ SPECIES.

Ad B. V. in ariditatibus & desolationibus spiritualibus confugere.

## §. I.

**M**ellilega apis, cum siti aret, vel ad melliginem, quæ cælo depluerit amat, libandam; vel ad antelucanum defæcatumque rorem hauriendum, alio uero erumpit; vel ad florum calyculos

ma.